Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Pfeffer Witwe gedrucket in dem zu Anfange vorgehenden Kirchen-Kalender folgende Worte gesetzet: VII Jan. De Octava Epiph. Semid. Eodem die S. Valentini E. C. Duplex perpetuus translatum. Sed

Ressat modo, ut de Reliquiis et Cultu S. Valentini agamus. Quia tamen pleraque per Annalium horum decursum observanda occurrent; hic pauca publicolum modo proferimus. Oratorium seu templum parvulum, quod sibi Valentinus condiderat et S. Stephano Protom. honori dicaverat, in quo ipse trecentis propè annis quieverat, exstat hodiedum; et absidem hodiernam ampliorem Ecclesiae S. Valentini constituit. Thus enim absidis longè antiquior apparet, utpote dolialis lapideis in hemicyclum concentratis confectis: cum parvigna Ecclesiae fornicem simplicem habeat, qualem Ecclesiae PP. Capucinorum habere solent. Habet hoc templum modo duo altaria, alterum in abside antiqua, alterum in parte exteriori ad latus meridionale. Porro Patrocinium in eadem Ecclesia agitur ~~de~~ tam in festo S. Stephani, quam in ~~festo~~ S. Valentini. Licet autem altare in abside existens S. Valentinus P. Stephano consecraverit, ~~quia~~ cum tamen postmodum non tam ~~populus~~ Stephanum quam Valentinum venerandi causa populi confluerent, ut Ecclesia ampliari deberet; ara principalis S. Valentino dicata est, minor S. Stephano. Mensa altaris S. Valentini est saxum solidum; ~~ab antiquissimis temporibus~~ creditur quae ipsissima mensa esse, super quam ~~ab~~ Sanctus Sacra mysteria peregerit, testibus vetusiis, ~~illis germanis~~ qui in pariete subtus imaginem S. Valentini Episcopi ~~ab~~ epilepticum curantis subscripsit, sunt; auctore tamen nimis novo:

Betrachte fromme Seel, dort stunde der Altar
Woraus Sanct Valentin geopfert seinen Gott
Das wahre Fleisch und Blut vor dreyzehnhundert
Als unser Vaterland umrung der Ketzer Rott.
Leydfeldann Vergicht, Hinfall, Kitz, Krankheit und Kopf-
Schmerzen,
Such ohn Verzug die Hilf bey diesem Wundersmann.
Opfe zu seiner Ehr und ruffe ihn an von Herzen,
Er ist von Gott bestellt zum Arzt der helfen kann.

Hinc etiam saxum illud semper pro Reliquiis S. Valentini est habitum, neque ullis aliis Reliquiis instructum fuitque ad annum 1749, quo Visitatores Tridentini altare portatile superimponi mandarunt. † Venerandi

1 et in Proprio Curiensi ipso ~~ad~~ festum S. Valentini hanc habet rubricam: XIV. Februarii. Fuit VII. Januar. Valentini Episc. Conf. Duplex minus. Omnia de Communi Conf. Pont. praeter sequentia etc. Unde dies obitus 14 loco 7 Januarii typographi errore positus videtur.

1 S. Valentini Ep. et C.
1 S. Stephani Protom.
1 solenniter

† Rohrmannus in Valent. Act. p. I. c. 25: Ich habe mir selbsten wiederholter massen den Charakter abzudecken angethen, und die Sach nichtanderst befunden, nemlich für die sogenannte Mensa einen grossen gemeinen schlechtangehauenen grauen Stein von einem Stücke ohne einziges Zeichen daran; es ist auch in dem gemauten Altar keine einzige Anzeige, dass jemal eine mensa oder was anders herein gekommen. es muss daher diese Tradition von der durch den heiligen Valentinum beschehenen Einweihung des Altars sehr alt, und wohl fundiret seyn.

† eo quod saxum nimia antiquitate factum et friabile effectum, calicem sine labendi periculo sustinere non potest. Est tamen saxum illud non prorsus in integro situ; sed ex parte epistola alius lapis ligaminibus ferreis ei innexus est eo modo, quem hic referit figura.

Tota dei mensa lapidea longitudine octo, latitudine quatuor, et crassitudine unum, palmos habet.